

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292**

**Servetus, Michael**

**[S.l.], 1531**

Liber III.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

LIBER III.  
LIB: III.

85.

Multifariam Deus seipsum olim  
personando, futuram nobis indicabat Tri-  
nitatem, nunc sub specie flatus, nunc sub verbi per-  
sona eius actiones scriptura describit. Vanie etiam  
Veritatis persona post appaerant scilicet sub for-  
ma hominis, et sub forma spiritus, et Deus eius di-  
spositionibus, quas post erat nobis varie manifesta-  
turus, in se ipso uti incipiens, verbo suo coelos crea-  
vit, et spiritu oris sui omnes virtutes eorum. Illata-  
men omnia erant tunc dispositione tantum, nunc ve-  
ro re ipsa, et personarum, qua tunc arcano mo-  
do erant apud deum dispositiones, nunc in dicer-  
si rebus est vere facta apparitio, et sic est perso-  
narum realis facta apparitio distinctio, alia persona, id est, dei-  
tatis aspectu apparente in filio, alia in spiritu sancto:  
et res absoluta et distincta, in quibus personae ap-  
paruerunt, sunt, Deus pater, homo filius, et angelus  
spiritus sanctus: et sicut Iesus ille Nazarenus,  
qui predicavit in iudaea est Christus filius  
Dei. Ita illa ignis flamma, quae visa est actor. erat  
angelus et sanctificans spiritus: et sicut dum dico  
hominem Christum IESUM, non separo  
ab illo patris diuinitatem; Ita dum nuncium suae ad-

DE TRINITATE.

ministratorium spiritum dico, non separo ab eo characterem diuinitatis, ut sit una patris diuinitas in illis personis, personarum enim diuersitas in apparitionum modis est iudicanda, non in ipsa rerum unius naturae metaphysica pluralitate, in quo omnes philosophi errarunt, nam scriptura nunquam naturas considerat, sed apparitiones et dispositiones. Apparitionem in materia de spiritu sancto, dico ex descendente spiritu. Dispositionem vero in nobis, et illa ad istam terminatur, ideo semper dico, quod spiritus sanctus est Dei in hominis spiritu agitatio. Et quod extra hominem non dicitur proprie spiritus sanctus. Hic notandum, quod dum dicitur, dominus spiritus est, arbitrantur multi, nihil aliud esse, quam dicere, Dei natura est incorporea. Sed scriptura nihil minus quam illas philosophias curat, nam secundum hoc quando dicitur, Deus ignis esse, etiam inferret secundum opinionem Chaldaeorum, quod Dei natura sit, ignea. Dum ergo dicitur, Deus spiritus est, spiritualis Dei dispositio notatur: nam ex hoc quod Deus spiritus est, inferatur, quod spiritus est adorandus, Ioan. 4. Et ex hoc quod Dominus spiritus est, inferat Paulus, quod ubi spiritus Domini, ibi libertas. Similis est Ioannis consequentia, qui non diligit, est sine deo, quia deus caritas est. Pari ratione inferri

Extra hominem nihil est spiritus sanctus.

inferri potest, quod Spiritus Dei in corde hominis  
agitatio est eius in nobis Spiritus, quia Deus Spiritus  
est: et hoc est proprius quam Deum vocare Spi-  
ritum, quia sit incorporeus, imo nulla res ex sui natu-  
ra dicitur Spiritus, sed in quantum est Spiritus motio,  
aut dicere, Spiritus Dei est in illo, vel super illum,  
nam hoc spirituales mentis illustrationem, illud ve-  
ro et corporis protectionem, et cuiuscumque actio-  
nis directionem significat.

Præterea sciendum, quod sempiterna Spiritus  
Dei dispositio a verbo ea ratione dicitur fuisse di-  
cretata, quia Deus Spiritu suo, actione a verbo distin-  
cta, et agere coepit, et se acturum decrevit, nec un-  
quam angelum Dei per se Spiritum sanctum duo, sed ita  
vocatur propter inseparabilem ab angelorum mini-  
sterio Spiritus Dei dispositionem. Nec scriptura no-  
minat plures Spiritus sanctos, licet plures sint mini-  
stri, omnis enim sanctificatio ab uno est, unus est Dei  
Spiritus, qui hoc in omnibus operatur. Nec Macedo-  
niana illius tertie rei servitus me impedit, quia ange-  
lorum dicam ministros. Nec aliqua servitus argui po-  
test ex hoc, quod Deus una sui dispositione ad mini-  
sterium eorum quæ per aliam efficit, peculiariter  
uti vult: ut si Spiritus sui personam ad solum verbi

Spiritus Dei  
dicebatur,  
sed non spi-  
ritus sanctus.

## DE TRINITATE.

ministerium distincte segregat, angelis ad hoc si-  
bi Spiritibus creatis, qui sunt ministri, facientes ver-  
bum eius, ut obtemperetur voci verbi eius, *Psal: 102.*  
Et qualis est respectus angelorum ad Christum,  
talis est Spiritus ad verbum: ideo Spiritum sanctum  
quod et Ignatius dicit, verbi ministrum dico, sicut  
angeli sunt ministri Christi, ut sacramenta re-  
bus optime consonent: et quare hic de aequalitate  
vel inaequalitate naturae, est passere ventos, quoniam  
est nisi res una, nec scriptura, nec antiquiores un-  
quam in hac re de aequalitate vel inaequalitate memi-  
nerunt, imo nec cogitarunt. Sed primus Eunomius  
hanc philosophiam adinuenit in spiritu, sicut ostendit  
in verbo.

Circa personam verbi Christi persona  
est investiganda. Pro quo dico, & ad hoc tendit pre-  
dicatio Joannis, quod verbum iam ab initio ad illud  
erat prolatum, preparatum et destinatum, ut ca-  
ro fieret, et iam in illo erat, apud Deum futuri ho-  
minis representatio et effigies. Et το πρόσωπον  
haec persona, hic vultus, haec facies, haec hominis in  
Deo representatio sacramentaliter latet in omnibus  
scripturae locis, qui de imagine, facie, persona et  
vultu loquuntur.

In primis, sapientia effigiem hominis prae se fert  
et

et Christi personam representat, dum genitam & creatam se dicit. Item propheta videntes videbant Christum, non alia de causa, nisi quia videbant futuri hominis representationem. De hac in Deo effigie, figura et imagine loquitur Moyses Deut. 4. nam populus vidit voces. Exo. 20. in confuso tamen, quia veram Christi imaginem non viderunt, dicto Cap. 4. et ibi  $\text{וַיִּרְאוּ}$  formam, figuram et imaginem  $\text{I E S U C H R I S T I}$  designat, ut apparet Psal. 16. qui est Hebraeis 17. Item hanc imaginem a longe vidit Balaam. Dumeri 24. Videbo, inquit, eum, et non nunc, intuebor eum et non prope. Idem vidit Habacuc 2. Item, respice, quod locis illustrem hanc faciem videre desiderat David, Psal. 79. Illumina o Elohim, ostende faciem tuam et salvi erimus. Idem de vultu dicit Psal. 4. et 43. Similiter dicto Psal. 16. quando iusticia regnabit videbo faciem tuam et satiabor cum sparge facta fuerit imago tua. Eodem modo Psal. 88. faciem et vultum Christi in Deo speculatur. Item, vide quam clare vidit Esaias hunc vultum sedentem super solium excelsum, velata tamen erat facies alio ignis, Esa. 6. Idem patet Ezech. 1. et 10. Et hoc ipsum <sup>Obscure</sup> <sup>semper vi-</sup> <sup>debatur</sup> vidit Ioannes, absque velamine tamen, Apoc. 4. Hanc <sup>olim nunc</sup> <sup>vero clare.</sup> imaginem filii hominis vidit Daniel, sub velamine ta-

## DE TRINITATE.

men et nube, Daniel 7. Hoc ipsum vidit Zacharias  
 sub obscuritate noctis, Zach. 1. Hunc aspectum, hanc  
 faciem, ut Christus inquit, desiderauerunt  
 multi videre. Quod desiderium apparet Isai. 23.  
 26. 66. 79. et 2. Paralip. 9. vno præceptum legis  
 est, ut cum voluerint quem benedicere, dicant, offen-  
 dat tibi Dominus faciem suam. Hanc faciem expe-  
 ctat Isaias cap. 8. et Habacuc cap. 2. et 3. Hunc di-  
 vine faciei vultum respicientes clamabant, continam  
 dirumperes caelos et descenderes, Isa. 64. Ad idem  
 Isa. 60. 62. Ista et alia, teste Ioanne, dixit Isaias,  
 quando vidit gloriam Christi, Ioan. 12. De tali enim  
 gloria et splendore loquitur ibi Isaias ipsumque  
 Christum splendorem gloriae probat, capite  
 60. et 66. et splendor eius ut lux erit Habacuc 3.  
 Conspicant splendor faciei Christi supra splen-  
 dorem ~~faciei~~ Paulo visus est cælo. 26. Item, quod di-  
 citur eos vidisse Dominum facie ad faciem, declara-  
 tum habemus in Evangelio fuisse vultum Chri-  
 sti, nam hoc de Christo intellectum infi-  
 nuantes dicunt, Deum nec visum esse, nec videri po-  
 tuisse, Ioan. 1. Hebraeorum undecimo. 1. Ioh. 4. et  
 2. Timot. 3. 6. Quasi vidisset inquit, cum, quierat invi-  
 sibilis: dicto cap. undecimo. Et Iacob Gene: 32. dicit  
 se vidisse Elohim facie ad faciem. Quod autem Elo-  
 him

him fuerit Christus, sequentia probabunt. Ipse etiam Jacob manifeste declarat, hoc fuisse faciem hominis per comparationem, quam capite sequenti facit, dicens ad fratrem suum, vidi faciem tuam quasi viderim Elohim. Christus etiam hoc comprobatur per verbum protenti, dicens: qui vidit me, vidit patrem. Ioannes etiam ait de Christo, ipse enarrauit, quasi dicat, non solum nobis, sed iam olim, ipse per Christum est habita de deo cognitio. Item, quid est dicta, quod gratia que palam facta est nunc, data est nobis per IESUM Christum, ante tempora aeterna. 2. Tim. 1. Vere per IESUM Christum data est a deo, quando IESU Christi exemplar in verbo suo constituit, et hoc fuit ante tempora aeterna. Hoc ipsum est, quod Petrus dicit: vocavit nos ad aeternam suam gloriam per Iesum Christum 1. Pet. 9. Hanc verbi effigiem per dictionem *τὸ πρὸς τὸν Θεόν* quasi dicat, in conspectu, in facie dei, et verbum fuisse patris *ἐκ κόρης* ibi significatur, quod nihil aliud erat nisi hominis effigies. Item, intelligamus, velamen faciei Moysi et intelligemus Domini gloriam, de quo Paulus 2. Cor. 3. et 4. et ibi hanc Christi gloriosam fa-



## DE TRINITATE.

ciem et imaginem, qua ab aeterno in deo relucebat, speculatur. Ex quo dependet, quod dicit, Christum esse *imago inuisibilis Dei*. Et huius rei summam ponit, dicens, q. gloria Dei in facie Iesu Christi cognoscitur, nec aliter hoc verificari valet, nisi quia gloriosa illa Christi facies iam ab initio in deo relucebat. O gloriam mirabilem, haec inquit, est gloria, quam priusquam mundus fieret, habui apud te, Ioan. 17. et ibi *κατά βοι* personam designat. Moyses igitur hanc faciem videre desideravit, aliqua vidit et gavisus est, vidit posteriora, sed non vidit faciem. Exod. 33. terror enim erat eisdum in hanc faciem oculos intendebant et mori timebant, Exo. 3. et 20. et Iudicum 13. Eius velamen significat nondum reuelatam esse gloriam dei Hebra. 9. Nobis tamen, disrupto templi velo licet in sancta sanctorum, id est in faciem Christi, quae eis erat velata, respicere. Nobis non est aliud velamentum, nisi ipsa Christi caro, qua patris diuinitas legitur, Hebr. 10. Vidit ergo Moyses vultum faciei, sed non faciem: vidit representationem, sed non rem ipsam. Desiderauerunt, inquit Christus, videre quae vos videtis, et non viderunt. Unde Iohannes, quia illa gloriosa facies fuit eis occultata, eos omnes in tenebris fuisse indicat, dicens:

Et tene

et tenebrae eam non appropinquaverunt, et illuminare his qui in tenebris, Lucae primo. Ad idem legitur quod Cap. 3. dicitur Abrahama, ibi abscondit fortitudinis eius. Cui contorreat Leuit. 33. nam in monte Sinai tempore latae legis, licet fortitudo fuit magna et terribilis, tamen . . . . . it est, abscondit fuit, dum non videbatur loquentis saltus, qui tamen nobis est lucide manifestatus, id est. qui minor est in regno eorum, maior est omnibus illis.

Item si Christi gloriam intelligere vis —  
ascende ad Cherubim, contemplantur rotas, et animalia Ezechielis, nam in omnibus illis magis homines Jesu Christi in Dei gloria representatur et super illas rotas et animalia vidit Ezechiel Christum, et hanc appellat visionem similitudinum gloriae Domini, et hoc ipsum est Christus, quem vidit Joannes Apocal. 4. Etiam est ibi sex aquarum vultuum, quae Ezech. 1. et 49. Item Cherub, secundum Hebraeos, interpretatur pictas aut figuratus, seu pictura, aut figura, et angelicum hominis imagine Christum figurant, et tam Cherubim quam Seraphim sunt angeli gloriae Christi praecones, Isa. 6. Luc. 2. Apoc. 4. et ad imaginem et exemplar Christi, quae in Deo videbatur Moyses, illa omnia respicit, Act. 7. et Hebr. 8.

## DE TRINITATE

Nam exemplar, de quo Exod. 25. est, de quo in Capite  
 te procedenti sit nuntius, scilicet Elachim Chri-  
 stus, quem ibi viderat, et hanc Christi ima-  
 ginem vidit David super Cherubim 2. Reg. 22. cuius  
 exemplar et similitudinem relabit filius Ius Salomo-  
 ni 1. Paralip. 29. exemplar, inquam, et similitudi-  
 nem omnium que Spiritus viderat, et ait, intelligere  
 me fecit omnia opera exemplaris, omnia etiam in  
 quibus scripta sunt manu Domini. Sed quis dici potest  
 manu Domini proprius scriptum, quam ad ipsum,  
 quod in eo erat expresse depictum et figuratum,  
 et erat eis figuratum, sub velamine tamen quod  
 rabini, seu Oraculum ab eis suis tegebant et obumbrabant,  
 Exo. 25. et Heb. 9. in summa omnia que sunt  
 in lege, sunt umbra Corporis Christi, et per  
 angelos hoc illis figuratur, quia eis iuxta literam an-  
 geli saepe dicunt, Tu, cum tamen proprie loquen-  
 do id quod Dñi dicit, sunt Deus pater et Dominus  
 Jesus Christus: et gloriam Dei sedere super  
 Cherubim, est J. E. S. M. Christum an-  
 gelis esse superiorem, quia ipse est Dominus gloriae  
 et sedet super sedem gloriae suae, Matth. 25. Et cum  
 hoc splendore gloriae patris venturus est Marci 8.  
 et Matth. 16. et gloria Domini qua fortis super  
 Cherubim in nube apparebat nunc revelata est

LIBER IIII. 90.

Esa: 4. et 46. et cognito Christo, omnes re-  
 velata facie (es ipso quod in ipsius oculos intendi-  
 mus) videmus et cognoscimus gloriam Domini,  
 Esa. 66. Habebat enim illa secundum Paulum  
 facie Jesu Christi cognoscitur. Dices tu Ba-  
 rum prodesse exteriorem faciem videre, at ego di-  
 co multum prodesse, si credens videas, sed tu indi-  
 gne in faciem eius respicis, à qua tamen postquam cre-  
 dideris, nunquam oculos divertas, et utile esse co-  
 gnosces, nam oculi carnis trahunt secum oculos men-  
 tis. Item omnes angeli eis olim visi, nihil aliud erant,  
 nisi Christi effigies per angelos figurata, quem  
 videndo dicebant se vidisse Deum, sicut et angelus  
 sub hoc typo eis dicitur, Deus: Et ad hoc tenet di-  
 ctum origenis de quo supra memini, in angelis e-  
 nim habitabat tunc nomen Dei, cujus in Cherubim  
 habitatio hoc ipsum designat. Dei enim habitatio est  
 coelestis, ut nullibi verius quam in spiritibus habitet,  
 nam ita late spiritus Deo patent, sicut tabernaculo no-  
 bis, et hoc esse illam tuam inaccessam, hoc esse coe-  
 lum et Dei habitationem supra dicebam. Hoc coe-  
 los extendit ipse sicut pellem, et expandit eos si-  
 cut cortinam, et sicut tabernaculum ad habitandum,  
 operit se hoc lumine sicut vestimento, Gal. 1. 19. et  
 Esa. 40. ista sunt cortinae tabernaculi, illa Dei lux

## DE TRINITATE.

essentia est et coelestis creatura, ut dicam infra  
Erant enim omnia haec, angeli, Dei habitationem  
Christum adumbrantes, quia nomen Dei —  
quod juxta literam legis habitabat in medio angelo-  
rum, habitat, nunc in Christo, et angeli illam  
lucem praeferre ferebant, dum dixit Deus fiat lux quae  
famen lux est vere Jesus Christus. In  
eo Spiritus et angelos omnes coelestes creaturas li-  
cet angelis, et Spiritus solum dicantur, quando mittun-  
tur: et eos generaliter ita vocamus, quia non aliter  
eos percipimus, tamen nec angelus, nec Spiritus sunt  
nomina naturalia. Item, sicut illi audiendo vocem angeli,  
audiebant vocem Dei: ita omnino est de Chri-  
sto, in eo illud erat umbra huius veritatis, et au-  
diendo vocem Christi, audivit Paulus vocem  
Dei, ut testatur Ananias act. 22. nam in solo Chri-  
sto omnino habitat nunc nomen Dei, et sicut si-  
dendo, ita omnino audiendo ipsum auditur. Quia  
et propter sanguinem eius dicitur nos sanguine  
redemptos, Acto 20. omnimodo et in tantum est  
in eo Deus, ut omnia quae sunt eius, sint Dei, et  
per Christum fiunt, non sicut hominis opera  
sed Dei: omnia, inquit, tua mea, paterna in manibus  
ipso fecit opera et nos justificati per Chri-  
stum, sumus facti iustitia Dei, et facti corpi

## LIBER IIII. 91.

et membra Christi, sumus congregatio Dei,  
 item non reperies quod homo directe dicatur  
 imago invisibilis Dei 71. 71. Sed ad imaginem in-  
 quit, et similitudinem nostram faciamus hominem,  
 et ad imaginem et secundum imaginem Elohim fa-  
 ctus est, ore 1. et 5. et Ecclesiastici 17. Vel dicit,  
 ad imaginem similitudinis Dei factus, Sapient. 2. quia  
 vera et primaria similitudo est hominis in Deo re-  
 presentatio, qua est ipse Christus Jesus,  
 ad cuius imaginem nos facti sumus, conformes, inquit,  
 Gaudus, imaginis filij Dei, Roma 8. Et licet, eum  
 dicit, faciamus ad nostram, de angelis ad literam  
 intelligatur, sicut quando dicit, Etiam quasi unus ex  
 nobis, tamen verus Spiritus est de Christo, de  
 eis in Persona Christi dicit, sicut et Sapientia  
 non diceretur creata, nisi ex Christi perso-  
 na, sicut etiam de Salomone et Davide plura dicun-  
 tur excellentius, quam eis convenire possint: dicun-  
 tur de eis, sed non propter eos. De angelo etiam ad  
 literam dicit, facies mea precedet te. Exo. 33. cum  
 tamen vera facies sit Christus ipse est ille fi-  
 lius Israel itineris comes 1. Cor. 10. Et sic angelus si-  
 bi connumerat Deus, ut quasi unum sint ex nobis,  
 nostram, et faciamus, dicit. Sed quia filij persona  
 in eis adumbrabatur, de filio natuq; qui est unum, cum

# DE TRINITATE.

parte illud recte intelligitur, filius enim antea erat  
 unum cum eo in una natura, scilicet personaliter,  
 nunc vero et unum cum eo, virtute et potentia et  
 nostram ideo dixit quia eadem Christi effigies,  
 erat utriusque, unde multi Judaeorum, quasi  
 Christum somniantes, imaginati sunt in Deo  
 esse formas corporales quia sibi in scripturis attribuunt,  
 quod Lab. Moyses in suo  
 Directore neutrorum, libro primo cap. primo in prin-  
 cipio nititur, consuetudinem scripturae esse poe-  
 ticam dicens. Sed ego in talibus parabolis latere my-

*Aperiam in para-*  
*bolis os meum,*  
*et eructabo ad-*  
*scandita.*

steria, nec aliquid sine significatione divinis oreulis  
 dictum puto, et omnis illa difficultas per Chri-  
 stum facile dissolvitur, nam considerandum est  
 varietatis loquendi scripturarum artificium: non est  
 sine mysterio quod in veteri testamento, potius quam  
 in novo scriptura talis Deo tribuat, non est sine sig-  
 nificatione, quod in veteri testamento solius legis  
 manus, digitus, oculos, faciem, et pedes: et quos  
 nullum illorum in novo testamento reperitur, sed  
 appositum nempe, Deus Spiritus est ratio enim est  
 clara, quia tunc Christus erat apud Deum.  
 Et illud idem explatur, secundum quod conditus  
 est, homo est. quod vidit Ezechielus dicit  
 Christus, cuius facies resplendebat ut ignis  
 per

Per angelum igitur, Christi vultus in Deo  
 relucens representabatur, gen. 22. et Iudicum 6.  
 Nam, ut Cyprianus inquit, idem angelus et Deus  
 et Christus, mirabili calliditate ibi legitur.  
 Idem probatur Exo. 3. Idem notat Paulus galat. 3.  
 Lex, inquit, per angelos in manu mediatoris, sed enim  
 ibi erat mediator in Deo, et hoc non obstant. Deus  
 unus erat, licet unus secundum quod unus non pos-  
 sit ibi mediatoris ratio verificari. Subtiliter enim con-  
 trarietatem ibi Paulus inducit, ut eam dissolvendo  
 concludas, quod Christus fuerit apud Deum.  
 Tanta enim est Christi gloria, quod in Deo,  
 in angelis, in hominibus, in petris et aliis Chri-  
 sti persona figurabatur. Ista sunt inenarrabilia,  
 Christi arcana, quae si fuissent ab antiquis he-  
 reticis intellecta, nunquam dixissent angelos creasse  
 mundum, et fuisse Deus veteris testamenti ex ea-  
 dem Christi ignorantia processit, quod alii su-  
 pra angelos plures creatores mundi Deus frange-  
 rent quia gen. 1. pluraliter dicitur Elohim, quod ta-  
 men pro nobis clare probat, ut sequentia indicant.  
 et exponit Elohim, id est, Deus et Verbum eius,  
 Deus et Christus et Deus per Chri-  
 stum, nec dicitur creaverunt, sed creavit, quia  
 Deus verbo creavit, erat tamen Christi persona creans

Hic fuit olim  
 quorundam  
 Hebraeorum  
 opinio, contra  
 quos Paulus  
 Burgenensis in  
 suo sermone.



## DE TRINITATE.

Ex his delegit̄ veritas illius vulgata sententia, qua dicunt duas naturas in Christo unitas, facere unam personam, et unum filium, quia alia est natura verbi, alia natura carnis, et hæc duæ sunt una persona, quia Verbum caro factum est.

In qua sententia tot sunt errores quot verba, nec quid sit persona intelligunt, et adhibent̄ vocabulo, dum de natura verbi ita metaphisice loquunt̄. Sed proprie loquendo dicitur natura Dei, et non natura verbi, quia esse verbi est persona in se natura personata, imo adhuc male sapit naturam Dei, quam nescimus in jus vocare, scripturaq; limites transgredimur, et ego naturam men quam capiam nisi pro re ipsa qua est Deus.

Præterea Johannes non dixit, Verbum carni unitum, sed Versum caro factum est, quia factus est transit̄ de verbo in carnem, factus est transit̄ de persona ad rem, quasi verbi persona dum est caro facta, recesserit à Deo, et venerit ad hominem. re tamen non recessit à Deo, sed Christus ascendit ad Deum, et æque proprie Christus nunc est in Deo, sicut antea Verbum erat apud Deum, et hoc est filius hominis qui iam ascenderat in coelum, et erat in coelo, ut dixi libro 2. Et quod prius erat persona filij, nunc postquam Verbum factum

est -

est caro, est ipse IESVS CHRISTVS, qui est  
 venit realis et naturalis filius dei, nec est nunc in  
 deo alia hypostasis seu facies, nisi homo ipse Chri-  
 stus, nam veniente re ipsa, cessat personalis repre-  
 sentatio. Cogita perpetuo in hoc, nam ego dico,  
 quod verbum illud erat in Lege, Christi praefi-  
 guratio, verbum illud erat umbra, et Chri-  
 stus est veritas. Ioannes tam in Evangelio quam  
 in epistola de verbo dicit, erat, nunc autem post ma-  
 nifestationem, non est tale verbum, sed res ipsa, cu-  
 ius illud verbum erat typus, nunquam enim de ver-  
 bo illo legimus, est, sed erat, nunc autem est filius  
 IESVS Christus, quia id quod erat in ver-  
 bo, caro extitit, et verbum caro factum est, id est,  
 persona facta est res, umbra facta lux, sicut dicit  
 Paulus, gloria nostra veritas facta est, id est, ita  
 fuit in re, sicut fuimus verbo gloriati. Verbum quod  
 in lege erat, umbra factum est veritas. Sicut subdit,  
 Lex, id est, umbra per Moysen, veritas per Chri-  
 stum, de re qua nunc est, tunc erat verbum, id est,  
 non erat res ipsa, sed de ipsa verbum, tanquam de  
 re absente sermo, qua eo verbo tunc presentaba-  
 tur, id ipsum quod erat verbi significatio, et lux  
 in tenebris lucens, est nunc in coelo illa, qua in mon-  
 te resplenduit ut sol, facies IESVS CHRISTI.

Singula ver-  
 ba Ioannis ad  
 faciem Chri-  
 sti relationem  
 habent.

DE TRINITATE.

Preparata enim erat verbi persona ad hoc ut manifestaretur gloria Christi, quod et factum est et vidimus gloriam eius, et ad hoc clarissime tendit predicatio Joannis. Plana ergo et simpliciter consideratione oportet nunc solum Jesum Christum et Deum patrem attendere, nec superesse nunc aliud verbum, nec in ore Pauli, nec in eius predicationibus est unquam auditum, nisi Deus pater et filius **DEVS** Christus, quas differentias et modos loquendi vellem te notare, qualiter scilicet aliud sonat dicere verbum, aliud sonat dicere filium; aliud sonat dicere, erat olim, aliud sonat dicere est nunc. Cogita hic, nam in praecipuo fundamento defecisti. Si unum sola mihi ostendas, quo verbum illud filius vocetur, aut de verbi generatione fiat mentio, fatebor me de victam, qui ad unguem ut **M**istus inquit, sermonem meum servauerit: ibi scriptura dicit verbum, dicit et ipse verbum, ubi filius, filius scilicet olim verbum, nunc vero filius.

Quod de persona dicunt, magna est vocabuli abusio, dicere unam personam esse aggregatum ex duabus rebus, aut duabus naturis in unum cumulum unitis. Sed proprie loquendo, una res dicitur persona alterius, ut facti Job sumpta Dei persona quasi ipsi essent **D**ei, volebant loqui et iudicare Job. 13.  
et

et pseudo apostoli in persona apostolorum loquuntur, et Sathanas in persona boni angeli loquitur, dum se transfiguratur in angelum lucis. Et sapientia in persona Christi loquitur, David et Propheta in persona Christi, et Christus in persona Ecclesie saepe loquuntur, quae omnia reconditi verbi erant Typi seu signa. Simili enim omnino modo, verbum in persona Christi olim fuisse filium dicimus, et Christum in Persona verbi ab initio apud patrem fuisse, et Christus persona verbi, et verbum persona Christi, et non est nisi una persona et unus aspectus, quia id ipsum quod in verbo relucebat, est ipse Christus, ut si ego speculum habeam, licet me facie ad faciem, et etiam in speculo videar, tamen non vides, nisi unam personam. Et sic idem est, quod Christo demonstrato, aut aeterno illo verbo demonstrato dicat hoc, ab initio fuit filius, quia quicquid demonstras ab initio fuit personaliter filius, non realiter, Imo ex rerum absentia dicuntur personae, et rebus persona repugnant, nulla igitur ex hoc concluditur, fuisse inter Deos illuc sursum realis generatio, nam bestialis multum, et perniciofa est haec philosophia, et tanta derisione digna, ut non indigeat commendatione.

Omnia quae  
sunt in lege,  
erant reconditi  
verbi  
signa.

## DE TRINITATE.

Ex his, si dicta intellegas, habebis solutionem ad omnia argumenta mundi, imo nullum erit contra te argumentum, sed planissime concedes, filium Dei ab aeterno apud patrem fuisse, a patre exisse, a summo coelo descendisse, in mundum venisse, mundum intrasse, et carnem induisse. Cessent nunc qui dicunt filium non aliter a patre missum, quam unum ex prophetis, nam missus et manifestatus est qui antea erat absconditus Deus Israel, dum intra patris umbraculum eius vultus latebat. Isa. 45. habitabat enim in abscondito altissimi, et in umbraculo omnipotentis. Psal. 90. ibi collocata et abscondita erat fortitudo eius, Habacuc 3. Nec solum filium illum, ut ipsi dicunt, sed ipsum **DEVM CHRISTVM** dicit Joannes in carne venisse, et hoc ipsum est apparitio servatoris nostri Christi: Sed quortum apparitio, nisi quia ille idem antea in arcano latebat, in tantum Christum in Deo videbat propheta, ut dicat eum in initio terram fundasse Psal. 101. Quae verba, licet violenter ad Christum trahi multi credant, tamen proprius sensus est iste, ut docet et apostolus Hebrae. 1. Nam postquam de Deo **יהוה** locutus est propheta, et dixit nomen eius in Sion predicandum, ut omnes per Christum ei obediant, loquitur post de afflictione Sion, id est populi

populi Christiani, et super hoc <sup>h</sup> Christum invo-  
 cat, et consolationem annectit, Christi poten-  
 tiam et aeternitatem annuncians, ipse est de quo lo-  
 quitur totus Psal. 67. quem exurgere desiderat, ipse  
 est EL, cuius gloriam enarrant coeli, id est, spirituales  
 creature, et etiam iuxta litteram superiores virtutes et  
 orbes quos ipse creavit, Psal. 18. Sed de his plura in  
 sequentibus, nam et de aliarum Psalmis simile est iudicium,  
 licet Christo ignorato aliter interpretentur. Similiter  
 in Esaiâ Christi personam in recondito altissimi  
 loquitur, dicens, Ego ipse qui loquebar, ecce adsum.  
 Esa. 52. Ipse est qui antea in sapientia erat abscondi-  
 tus, et post in terris visus est, et cum hominibus con-  
 versatus Baruch. 3. Ex his soluitur argumentum,  
 quomodo semen Abrahae assumit. Ad quod iam est da-  
 ta responsio, ille enim de collo veniens, mundum in-  
 trat, carnem assumit et induit. Sed ipse intellectus, li-  
 cet in se sit verus, mihi tamen hoc loco quid aliud si-  
 mul cum hoc importare videtur. Nec apostolus com-  
 parat semen Abrahae uni angelo, quem velut humani-  
 tatem assumpturus fuisset. Sed toti angelorum cetui,  
 quasi dicat, non venit angelos liberaturus sed homi-  
 nes. Dicitur ergo semen Abrahae, quod sumus nos, as-  
 sumere, sicut 3. Reg. 12. Te autem assumam. Et 2. Reg. 22.  
 Assumpsit me, et traxit de aquis multas. Ita omnino

## DE TRINITATE.

misericors et fidelis noster Pontifex, dum nos a diaboli seruitute liberauit, traxit et asumpsit nos de morte ad vitam, de potestate Satanae ad gremium suum. Assumam vos, inquit, Ioan. 14. et Rom. 15. Assumite vos inuicem, sicut Christus assumpsit nos in gloriam Dei. Et Deut. 30. Assumete, congregabit te et introducet in requiem suam, id est, in terram Chanaan, in quam requiem iam introducti sumus, licet hoc ipsum, quid sit mundus, nesciat, sciens tamen quum fuerit notum IESUM Christum esse filium Dei.

Superest, explicandus locus ille ad Hebr. 1. quomodo scilicet dicat Character substantiae seu hypostasis Dei. Pro cuius intellectu videamus, quid per substantiam intelligit Apostolus. In primis substantia causa dicitur, thema, medulla seu id in quo potissimum consistit quaestionis nodus. Et hoc modo capit idem Apostolus in eadem epistola cap. 3. et 11. nam cap. 3. subtiliter vult nos considerare initium substantiae Christi usque ad finem, id est, quod viuo spiritu consideremus medullam negotii, cuius hypostasis est uniuersum legitur ordinem ad Christum tanquam ad scopum ipsum reducere, et eam partem, quae de reque loquitur, ad Christum sic dirigimus, intelligentes, quod nunc in consummatione saeculorum est septima dies, qua requieuit Deus ab operibus legis, et in istam requiem inquam ille propter

propter incredulitatem non intraverunt, nos hodie  
Christo credentes intramus, et perpetuum verum  
et spirituale colimus Sabatismum, et sabbatum ex  
Sabbato, postquam noster aeternus sacerdos semper in-  
tra tabernaculum est. Proterea cap. II. dicit, q. fides  
earum rerum quae sperantur, est substantia, nam id  
quod speratur est aeterna salus, et in fide consistit po-  
tissima radix, medulla et infallibilis via perveniendi  
ad hanc salutem, ideo fides dicitur huius rei substan-  
tia, sicut divitias, in quibus humani tractus fundan-  
tur, substantiam nostram esse dicimus.

Loquor semper, non de fide Lutherana, sed de  
fide Christi, quae sola iustificat, illa est ostium,  
per quod intrantes purificamur, ut sic mundati in  
agro Domini digne laborantes talentum lucremus,  
universa Evangelii fides Christi personam respicit,  
scilicet ut ei credamus, et in eo tota sit nostra fidu-  
cia, nam ipse semper, confidite clamat, et in me cre-  
dite, ex qua Christi praedicatione nobis regnum  
Dei unice evangelizatur, et hypostasis aeterna salu-  
tis est credere DEUM Christum esse filium Dei. Hy-  
postasis ergo proprie est subsistentia, id quod principali-  
ter in unaquaque re subsistit, est essentia et hypostasis.  
Ex his patet quid per hypostasim intelligit Apo-  
stolus in dicto cap. 1. et decipiunt qui naturam



## DE TRINITATE.

patris glossant, quia nihil scripturae cum naturis, nec  
vocabuli proprietatis illud patitur, et substantia rerum  
sperandarum, non est ipsemet res speranda, seu natu-  
ra rerum sperandarum, sed per substantiam patris  
intelligit Apostolus modum subsistendi et esse patris.  
Et hoc sonat dictio ἰπὸς αὐτῶν: nam paterna hypo-  
stasis relucet in verbo, et illa verbi effigies est ho-  
mo ipse Christus IESVS, qui est huius rei  
character, de quo character infra latius.

## LIB. V.

Nomina diuinitatis insigniora sunt Elo-  
him, et Jehouah, alterum Christi, alterum pa-  
tris nomen de quibus est modo ad pleniorum Chri-  
sti cognitionem dicendum. Interpretatur sum Elo-  
him, id est deus et verbum eius, et clarius dicitur quod  
Elohim erat in persona homo, et in natura deus.  
Ex qua similitudine magnates et illustres personas  
vocant Elohim, siue hominum siue angelorum.  
Porro, lingua consuetudine pluralitatem hanc tri-  
buunt Hebraei: Sed illi, ut soliti sunt requirenda, quae si-  
mus testimonium IESV Christi esse Spiritum pro-  
phetiae, Apo. 17. Nam hac consuetudo anteq̄ esse con-  
suetudo